tur oculi cecorum: ⁊ aures ſur
dorum patebunt. Tunc ſaliet
ſicut ceruus claudus: ⁊ aper/
ta erit lingua mutoruꝫ. Quia
ſciſſe ſunt i deſerto aque ⁊ tor
rentes in ſolitudine. Et que
erat arida in ſtagnum: ⁊ ſitiēs
in fontes aquarum. Ait dñs
omnipotens Grad. In ſole po
ſuit tabernaculum ſuum et ipſe
tanquam ſponſus procedēs de
thalamo ſuo. ℣. A ſummo celo
egreſſio eius ⁊ occurſus eiꝰ vſqꝫ
ad ſummū eius. Oremus. Fle
ctamus genua. Leuate. Oõ.
Indignos nos q̄s dñe fa
mulos tuos quos actio/
nis ꝓprie culpa cōtriſtat vni/
geniti filij tui aduētu letifica.
Per. Lectio eſaie ꝓphete. xl.
Hec dicit dñs deus: Sup
montem excelſum aſcē/
de tu qui euāgelizas ſyon. Ex
alta in fortitudine vocē tuam
qui euāgelizas hieruſalē. Ex
alta noli timere: dic ciuitati/
bus iude: Ecce deus veſter.
Ecce dominus deus in forti/
tudine veniet: ⁊ brachiuꝫ eiꝰ
dominabit. Ecce merces eiꝰ
cum eo: ⁊ opus illius coram
ipſo. Sicut paſtor gregē ſuuꝫ
paſcet: ⁊ in brachio ſuo con/
gregabit agnos: ⁊ in ſinu ſuo
leuabit eos dñs deus noſter.
Grad. Domine deus virtutum
conuerte nos: ⁊ oſtende faciem
tuam et ſalui erimus. ℣. Excita
domine potentiam tuaꝫ ⁊ veni:
vt ſaluos facias nos. Oremus.
Flectamus genua. Leuate.
Preſta q̄s op̄s Oratio.
deus vt filij tui ventura
ſolennitas: ⁊ preſentis nobis
vite remedia cōferat: ⁊ p̄mia
eterna concedat. Per eundē.
Lectio eſaie ꝓphete. xlv. cap.
Hec dicit dñs deus chri/
ſto meo cyro: cuius ap/
prehendi dexterā vt ſubijciaꝫ
ante faciem eius gētes: ⁊ dor
ſa regum vertam. Et aperiam
coram eo ianuas: ⁊ porte non
claudentur. Ego ante te ibo ⁊
glorioſos terre hūiliabo: por
tas ereas conterā: ⁊ vectes fer
reos confringam. Et dabo tibi
theſauros abſconditos: ⁊ ar/
chana ſecretorū reuelabo: vt
ſcias quia ego dominus: qui
voco nomen tuuꝫ deus iſrael
Propter ſeruuꝫ meū: ⁊ iſrael
electum meū. Et vocaui te no
mine tuo: aſſimilaui te ⁊ non
cognouiſti me. Ego dominus
et non eſt amplius: extra me
non eſt deus. Accinxi te ⁊ non
cognouiſti me. Ut ſciant hij
qui ab ortu ſolis ⁊ qui ab oc/
cidente quoniā abſqꝫ me non
eſt deus. Ego dominus: ⁊ nō
eſt alter. Formās lucem ⁊ cre